



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

Serendissimo Et Reverendiss. Principi, D. Francisco A Lotharingia,
Marchioni de Moy, &c. Metropolitanæ ædis Coloniensis Decano, &c.
Deiparæ Virginis Mariæ Sodali perpetuo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)



SERENISSIMO
ET REVERENDISS.
PRINCIPI, D. FRAN-
CISCO A LOTHARINGIA,
Marchioni de Moy, &c. Metropolitana
edis Coloniensis DECANO, &c. *Dei-*
para Virginis MARIAE
Sodali perpetuo.



SERENISSIME Prin-
ceps, Reuerendissi-
me Decane, (quo
nouo nomine non
tam Tibi, quàm Ec-
clesiæ nostræ gratulamur, & ad ma-
iora pro ea gubernanda viam ster-
ni gaudemus.) Deiparæ cultus eã
habet cum iucunditate vtilitatem,
eam cum necessitate honestatem,
vt meritò in maximis bonis habē-

† 2

cus

EPISTOLA

dus sit. Ea res priorū omnium tam
 prisca, quā nostri seculi adeo ac-
 cendit animos, vt B. Virginis lau-
 dibus nō modò nō fatigentur aut
 exhauriantur, sed & accendantur,
 maioresque in conatibus animos
 sumant, & quo plus volunt, eo
 possint amplius. In his R. P. Pe-
 trus Antonius Spinellus Neapoli-
 tanus Societatis I E S V, præcla-
 rum volumen sub Throni Deity-
 po tanta rerum varietate, & Ex-
 emplorum copia concinnauit, vt
 discerni vix possit, vtiliusne an
 iucundius opus illud legatur, ita
 simul delectat, & mouet docta
 pietas.

Quod etsi optandum esset, vt
 nocturna diurnaq; manu ab om-
 nibus versaretur, cū tamen id à
 iunioribus, tenuioribus & occu-
 patioribus ob operis magnitudi-
 nem obtineri, imò & sperari vix
 possit, operæ pretium visum est, ne
 sua

DEDICATORIA.

fua se mole impediatur, Aureum
quasi Ramum inde decerpere,
Partem scilicet operis secundam
quæ Practica magis est, seorsim
MANUALIS in modum excu-
dere, vnde, quibus per ingenium,
fortunas, aut distractiones alias,
minùs licet Toti inhærere Operi,
breui quasi compendio Pietatem
ac Deuotionem, qua Deipara Vir-
go MARIA à nobis colenda est,
nec Sodales Beatæ Virginis mo-
dò, sed & omnes Christi fideles,
& multo maximè Ecclesiastici,
(quos tam diuini operis duces alijs
atque auctores esse par est) edifi-
cant, fructusque ad plures latius
propagetur.

Quod etsi munus, quia alie-
num, leue videri poterat & indig-
num, quod Celsitudini Tuæ à no-
bis offerretur, facit tamen Tua
singularis humanitas, & in B. Vir-
ginem obseruantia; cuius aliquan-
do cœ-

E P I S T O L A

do cœtum Maiorem gubernare dignatus es, vt audeamus : Facit communis omnium gratulatio, & Cleri vniuersi lætitia (qui sub tali Decano & capite eam sibi Ecclesiæ faciem pollicentur, quam Tua illos Virtus, & ab Exemplo sumptum suaue Imperium sperare iubent) facit, inquam, vt quamuis potius occasionem arripere, quam in applausu omnium soli dissimulasse videri voluerimus. Accipe igitur Serenissime Princeps tantæ nauis gubernaculum, accipe tantæ æstus vmbraculum, & nos, in cæteris, sub Beatissimæ Virginis patrocinio collectos Tuo etiam tuere præsidio, qua denique hætenus luce alios collustrasti, eandem nobis, quos idem Status & Vocatio Tibi arctius coniunxit, præferre non dedigneris. Deus TE Ecclesiæ & nobis, intercedente

DEDICATORIA.

cedente Deipara Virgine MA-
RIA diu seruet incolumem. Co-
loniæ postridie Annunciationis
Beatæ Virginis Mariæ. Anno Vir-
ginei partus 1620.

Serenissima Celsit. Vestra

*Sodalitas B. Virginis Assum-
pta Ecclesiasticorum in Col-
legio Societatis IESV.*

† 4 CLAV-